

PROPRIO DE LA MISA

SANTA BIBIANA

Virgen y mártir

2 de Diciembre - Fiesta clase 3.^a - Rojo

Salmo 118.95-96,1 INTROITO

ME expectaverunt peccatores, ut perderent me: testimonia tua, Domine, intellexi: omnis consummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis. *Ps.* Beati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini. Gloria Patri.

Me acechan los malos para perderme ; mas yo, Señor, estoy atento a tus preceptos. He visto lo limitado de toda perfección ; mas es muy anchuroso tu mandato. *℣.* Bienaventurados los que, puros en sus sendas, caminan en la ley del Señor. *℟.* Gloria al Padre.

COLECTA

DEUS omnium largitor bonorum, qui in famula tua Bibiana cum virginitatis flore martyrii palmam conjunxisti: mentes nostras ejus intercessione tibi caritate conjunge; ut, amotis periculis, præmia consequamur æterna. Per Dominum.

Te suplicamos, Señor, nos implore tu perdón la santa virgen y mártir Bibiana, que siempre te fue grata, así por el mérito de su pureza, como por el testimonio que dio de tu poder. Por nuestro Señor Jesucristo.

En Adviento, conmemoración de la feria.

Eclesiástico 51.13-17

DOMINE Deus meus, exaltasti super terram habitationem meam, et pro morte defluente deprecata sum. Invocavi Dominum patrem Domini mei, ut non derelinquat me in die tribulationis meæ, et in tempore superborum sine adjutorio. Laudabo nomen tuum assidue, et collaudabo illud in confessione, et exaudita est oratio mea. Et liberasti me de perditione, et eripuisti me de tempore iniquo. Propterea confitebor, et laudem dicam tibi Domine Deus noster.

EPÍSTOLA

Señor Dios mio, té me has levantado una morada sobre la tierra yo te he suplicado cuando muerte se aproximaba. He invocado al Señor, Padre de mi Señor para que no me desamparase et el tiempo de la tribulación, sin ayuda en el tiempo de los soberbios. Celebraré sin cesar tu nombre y lo glorificaré en mis alabanzas ; mi oración ha sido escuchada y me has salvado de ruina y me has librado de los días malos. Por eso te glorificaré y cantaré alabanzas, Señor Dios nuestro.

Salmo 45.6,5 GRADUAL

ADJUVABIT eam Deus vultu suo: Deus in medio ejus, non commovebitur. Fluminis impetus letificat civitatem Dei: sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.

Con una mirada viene Dios en su ayuda; Dios está en ella y no podrá vacilar. *Ÿ*. Un río caudaloso alegre con sus aguas la ciudad de Dios; el santuario en que habita el Altísimo.

ALELUYA

ALLELUIA, alleluia. Hæc est Virgo sapiens, et una de numero prudentum. Alleluia.

Aleluya, aleluya. *Ÿ*. Ésta es la virgen discreta, y una de las vírgenes prudentes. Aleluya.

Mateo 13.44-52 EVANGELIO

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis parabolam hanc: Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro, quem qui invenit homo, abscondit, et præ gaudio illius vadit, et vendit universa, quæ habet, et emit agrum illum. Iterum simile est regnum cælorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas. Inventa autem una pretiosa margarita, abiit, et vendidit omnia quæ habuit, et emit eam. Iterum simile est regnum cælorum sagenæ missæ in mare, et ex omni genere piscium congreganti. Quam, cum impleta esset, educentes, et secus littus sedentes, elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione sæculi: exhibunt Angeli, et separabunt malos de medio justorum, et mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus, et stridor dentium. Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei: Etiam. Ait illis: Ideo omnis scriba doctus in regno cælorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo nova et vetera.

En aquel tiempo: Dijo Jesús a sus discipulos esta parábola : Semejante es el reino de los cielos a un tesoro escondido en el campo, que hallándolo un hombre, lo oculta y gozoso va y vende lo que tiene y compra el campo. El reino de los cielos es asimismo semejante a un mercader que busca perlas finas; y hallando una de gran valor, va, y vende cuanto tiene, y la compra. También es semejante el reino de lo cielos a una gran red que, echada en el mar, recoge todo género de peces. Una vez repleta, la sacan a la orilla y alii, sentados, recogen los buenos en sus cestas y arrojan los malos. Así será e fin del mundo: saldrán los ángeles y separarán a los malos de los justos, y los echarán en homo del fuego; allí será et llanto y crujir de dientes. ¿Habéis en tendido bien todo esto? Si, Señor, le respondieron. Entonces añadió : Por eso, todo escriba bien iniciado en el reino de la cielos, es semejante a un padre de familia, que saca de su tesoro lo nuevo y lo viejo.

Salmo 44.3 OFERTORIO

DIFFUSA est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in æternum, et in sæcula sæculi.

Difundida se halla la gracia en tus labios; por eso te ha bendecido Dios para siempre, por los siglos de los siglos.

SECRETA

HOSTIAS tibi, Domine, beatæ Bibiana, Virginis et Martyris tuæ dicatas meritis, benignus assume: et ad perpetuum nobis tribue provenire subsidium. Per Dominum.

Recibe, Señor, benigno, este sacrificio consagrado por los méritos de tu santa virgen y mártir Bibiana, y concédenos nos ayude a conseguir la vida eterna. Por nuestro Señor Jesucristo.

En Adviento, conmemoración de la feria.

PREFÁCIO COMÚN

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Cæli, cælorumque Virtutes ac beata Seraphim socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti, jubeas, supplici confessione dicentes:

En verdad es digno y justo, equitativo y saludable, que en todo tiempo y lugar, te demos gracias, Señor, santo, Padre, omnipotente y eterno Dios, por Cristo nuestro Señor. Por quien los Angeles alaban a tu majestad, las Dominaciones la adoran, tiemblan las Potestades, los Cielos y las Virtudes de los cielos, y los bienaventurados serafines la celebran con igual júbilo. Te rogamos que con sus alabanzas recibas también las nuestras cuando te decimos con humilde confesion:

Salmo 118.121,122,128

FECI judicium et justitiam, Domine, non calumnietur mihi superbi: ad omnia mandata tua dirigebar, omnem viam iniquitatis odio habui.

COMUNIÓN

He guardado, Señor, la justicia y la equidad, no me opriman los soberbios; me he guiado por tus mandatos y odio los caminos de la iniquidad.

POSCOMUNIÓN

DIVINI muneris largitate satiati, quæsumus Domine Deus noster: ut, intercedente beata Bibiana Virgine et Martyre tua, in ejus semper participatione vivamus. Per Dominum.

Saciados con la abundancia del don divino, te rogamos, ¡oh Señor Dios nuestro!, que por la intercesión de tu santa virgen y mártir, Bibiana, hallemos siempre la vida recibiendo. Por nuestro Señor Jesucristo.

En Adviento, conmemoración de la feria.